loe

Dr W. A Greenhill
with kind regards
J. F. Payne

Xmas 1886

150 Printed
No 6

From the Library of the late Dr Greenhill.

Presented to Peterhouse Library
by his nephew A. W. Ward Master.
1904.

Cuiusdā fidelis Christiani epistola, ad christianos oēs, eos salubriter admonētis, atq, ad pœnitentiā salutarē adhortātis. Subsequitur & diui Augustini de miseria, ac breuitate huius mortalis uitæ, sermo deuotissimus, & ad mundi contemptū efficacissimus.

πάντων μεταβολή.

Apud præclaram Cantabrigiam. Anno XXI.

Reproduced in exact Facsimile
from the only known Copy, in the Bodleian Library

¶ *Printed by* C. J. CLAY, M.A. JOHN CLAY, M.A. & C. F. CLAY, B.A.
Printers to the University of Cambridge
for ALEXANDER MACMILLAN *and* ROBERT BOWES, *Booksellers*
No. 1 *Trinity Street, over against St Mary's Church*

MDCCCLXXXVI

2

PUBLISHERS' NOTE.

THE present reproduction is taken from the only copy known to exist, that in the Bodleian Library. A bibliographical description will be found in Mr Bradshaw's introduction prefixed to Bullock's *Oration.*

We give a short account of the subject-matter of the volume. The apprehension of some great calamity, such as a deluge alluded to in the *Letter*, was due to the prediction of a remarkable conjunction, in February 1524, of the principal planets. For the note on this subject, and list of books bearing upon it (pp. 6, 7) our thanks are due to Professor Adams.

December, 1886.

CUJUSDAM FIDELIS CHRISTIANI EPISTOLA.

THIS volume contains (1) a letter of wholesome admonition and exhortation addressed by a "certain faithful Christian to all Christian people", (2) St Augustine's Discourse on the misery and brevity of human life, or as it is afterwards headed "On contempt for the world and the desire for heavenly things."

The letter is preceded by ten lines of elegiac verse addressed to mankind, warning them to flee from the wrath to come. On leaf A 4^{b} of the letter the writer, after enumerating the several signs of the coming wrath, refers to the *Ephemerides* of Joannes de monte regio*, "a most famous astrologer", who had fixed upon the month of February in the year of grace 1524 as one of special import †; certain conditions of the heavenly constellations would occur which pointed to a change affecting the whole world and every living thing, greater than any yet recorded in the history of man. The authority of contemporary men of science is also cited, though no names are given.

The Discourse on contempt for the world and the desire for heavenly things is followed by a further admonition to Christian people to ponder over the uncertainty of this life and other fitting subjects for meditation. The book closes with a decastich of Joannes Duncellus of Hammelburg addressed to the worldling.

* Johann Müller, or Regiomontanus (from Königsberg his place of birth) Archbishop of Ratisbon and one of the greatest astronomers of his time, born 1436, died 1476. His *Kalendarium Novum* is believed to have been the first Almanack that appeared in Europe.

† See next page.

NOTE ON THE CONJUNCTION OF PLANETS IN 1524
(PAGE 5, AND LEAF A 4^b.)

[We are indebted to Professor Adams for the following note, as also for the list taken from Lalande's *Bibliographie Astronomique*, (1) of works by Regiomontanus; (2) of *Ephemerides* containing the year 1524; and (3) of books bearing on the predictions connected with February 1524.]

There was in fact a great conjunction of the principal planets on the 11th of February 1524, when Venus, Jupiter, Mars and Saturn were very near to each other, and Mercury was only about 16° distant from them. This was thought by the astrologers to portend many and great calamities, and especially a great deluge, as the conjunction took place in the sign Pisces.

I do not believe, however, that Regiomontanus had predicted any such consequence of this conjunction of the planets. The *Ephemerides* published by him appear not to have extended beyond the year 1506. John Stoeffler, Professor of Mathematics at Tubingen, carried on the *Ephemerides* to 1531, and he is said by Delambre to have predicted a great deluge for the year 1524.

List of books relating to the conjunction of Planets in 1524.

I.

1474. Norimbergæ in 4°. Johannis Regiomontani Ephemerides astronomicæ, ab anno 1475 ad annum 1506.

1475. Norimbergæ in 4°. Joannis Regiomontani Tabula magna primi mobilis, cum usu multiplici rationibusque certis.

1476. Norimbergæ in 4°. Johannis Regiomontani Kalendarium Novum, quo promuntur conjunctiones veræ atque oppositiones luminarium et eclipses figuratæ.

1482. Venetiis in 4°. Calendarium Joannis de Monteregio. (Erhardus Ratdolt. id. 5 Aug.)

1484. Venet. in 4°. Regiomontani Ephemerides.

1485. Venetiis in 4°. Calendarium Joannis de Monteregio. (Ratdolt.)

1504. Venet. in 4°. Io. de Regiomonte Tabulæ directionum in nativitatibus multùm utiles, unà cum tabulâ sinûs recti.

2.

1504. Venet. in 4°. Io. Stoeffleri et Jacobi Pflaumen Almanach Nova et Ephemerides ab anno 1504 ad annum 1531.

1506 et 1507. Venet. in 4°. Almanach Nova plurimis futuris annis inservientia (1507—1531) per Ioannem Stoefflerinum Justingensem, et Jacobum Pflaumen Ulmensem.

1506. Venet. in 4°. Io. Stoeffleri Ephemerides motuum cœlest. ab anno 1526 ad ann. 1531, secundùm Copernici observationes supputatæ, ad longitudinem urbis Venetiarum.

1513. Venet. in 4°. Almanach Nova plurimis annis venturis inservientia, per Io. Stoefflerinum et Jacobum Pflaumen Ulmensem, ab ann. 1513 ad ann. 1531 accuratissimè supputata, et toti Europæ dextro sidere impertita. Præmittitur Io. de Monteregio, Germanorum decoris, ætatis nostræ astronomorum principis, in ephemerides aut diurnales Commentarium, cum additionibus Io. Stoefflerini Justingensis et Jacobi Pflaum Ulmensis Alemannorum.

3.

1521. Oppenheym in 4°. Prognosticon super novis stupendis et priùs non visis planetarum conjunctionibus magnis A.D. 1524 futuris... Io. Virdungus, Hasfurdensis.

1521. Romæ in 4°. Augustini Niphi de falsâ diluvii prognosticatione quæ ex conventu omnium planetarum qui in piscibus continget ann. 1524 divulgata est.

1522. Antwerpiæ in 4°. Quodlibet magistri Thomæ Montis de significationibus conjunctionum superiorum planetarum quæ erunt anno 1524.

1523. Antuerp. in fol. Scepperi, Neoportuensis philosophi, Assertio fidei adversùs astrologos, sive de significationibus conjunctionum superiorum planetarum anni 1524.

1523. Viennæ in 4°. Georgii Taunstetter Collimitii Lycoripensis medici et mathematici, Libellus consolatorius, in quo opinionem jamdudùm animis hominum ex quorundam astrologorum divinatione insidentem de futuro diluvio et multis aliis horrendis periculis 1524 anni à fundamentis extirpare cõnatur.



Cuiuſdã fidelis Chriſtia-
ni epiſtola, ad chriſtianos
oẽs, eos ſalubriter admo-
nẽtis, atq̃ ad pœnitentiã
ſalutarẽ adhortãtis. Subſe
quitur & diui Auguſtini
de miſeria, ac breuitate hu
ius mortalis uitæ, ſermo
deuotiſſimus, & ad mun
di contemptũ efficaciſſi-
mus.

πάντων μυταβολή.

Apud præclaram Canta
brigiam. Anno XXI.



AD MORTALES Elegiacon.

Vix manet ah roseo Christi sancita cruore
Sola fides, uirtus exul ab orbe fugit.
Iam scelus, impietas regnant & foeda libido,
Aurea pontificum pendet ab ore fames.
Inflanturque reges fastu, pia studia Musae
Inficiunt, perijt religionis honos
Imminet hinc terris superum indignatio, qualem
Phoebeum haud primo uidit ab orbe iubar.
Mortales igitur sed adhuc resipiscite, forsan
Si melior diuos uita placare queat.

CVIVSDAM FIDELIS CHRIstiani epistola, ad christianos oẽs, eos salubriter admonentis, atq; ad poenitentiam salutarem adhortantis. Subsequitur & diui Augustini de miseria, ac breuitate huius mortalis uitæ, sermo deuotissimus, & ad mundi contemptũ efficacissimus.

VNIVERSIS Christifidelibus, eius sacratissimo cruore redemptis, N. eorum omniũ frater, & particeps in tribulatione, & regno, spiritũ moeroris & ueræ compunctionis. Vos omnes alloquor christianæ religiõis alumnos. uiros & mulieres, senes cum iunioribus, a pontifice usq; ad sacerdotem, a principe usq; ad plebeium, cuiuscunq; sitis gradus, uel conditionis, omnes (inq;) conuenio, adhortor (pariter & meipsum) atq; ad salubrem poenitentiam inuito, Neminem palpo, neminem excipio. Neq; enim est aliquis cui hoc non competit munus, cũ nemo sit mundus a sorde: nec quisq; gloriari possit, castum se habere cor. Omnes quippe peccauimus, & egemus gratia dei, ita ut uix (immo nec prorsus) inter mortales inueniatur quispiam, tam immunis a culpa, ut in eo nõ habeat, uel iustitia quod arguat, uel misericordia quod remittat. Peramplius quidem, eousque iniquitas processit, atq; impietas hominum, quod (iuxta propheticam uocem) tota terra repleta est iniquitate, sanguis enim iam sangui

nem tetigit, ita ut pene inquinentur omnes, quocunque spectauimus, macula nobis ponitur ob oculos, non est flagitium, quo non plebs inquinata sit christiana, Quo fit, ut (iuxta dictum apostolicum) nomen dei per nos blasphemetur inter gentes, sacram in baptismo christianam religionem professi sumus, & tamen gentiliter uiuimus. Sane, periculosa sunt tempora, & dies mali, in quibus (quod sine graui moerore dicere non possumus) iam regnat Beemot, seu Leuiathan tortuosus ille serpens diabolus, totum suo ueneno replens mundum. Qui (ut scriptura refert) omne sublime uidens, rex est super omnes filios superbiæ, ac princeps huius mundi, imperans hodie super terram, suamque potenter exercens tyrannidem: magnam (prohdolor) christianorũ partem, suis subdẽs legibus, orbemque (in filijs perditionis) seducens uniuersum. Vbi, ut in canonica Ioannis habetur, nihil est præter concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam uitæ, cuius cultores superbia inflat, auaritia eneruat, luxuria inquinat: ubi sunt lites, contentiones, emulationes, detractiones, & inuidiæ: ubi passim fiunt latrocinia, perpetrantur homicidia, falsa proferuntur testimonia, committunt adulteria, incestus, fornicationes, sacrilegia: ubi perijt in conuersatione simplicitas, in societate charitas, in actione iustitia, in locutione ueritas, in proximorum necessitate pietas: ubi denique refriguit charitas, & superabũdat oĩs

dat oĩs

dat omnis iniquitas, propheta attestãte, qui ait: Nõ est misericordia, non est ueritas, non est scientia dei in terra: aspexi illam, & ecce uacua erat, & celos, & ecce non erat lux in eis: intuitus sum, & non erat iustus quisquam. Ad hæc forsan obijciat aliquis, quod non omnibus deturpamur flagitijs, quoniam, Gentiliũ more, idolis surdis & mutis adhuc minime libauerimus: esto hoc: sed apostolum audite, Mortificate, inquit, membra uestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam & auaritiam, quæ est idolorũ seruitus, &c. Si igitur, ut est apostoli sententia, esse auarum, tantundẽ ualet, quod idolis immolare, quis dubitet, totum pene iam mundum in paganismum transijsse? Communis quippe est hæc labes, tantæq; procacitatis, atq; audaciæ, ut nihil metuat, ipsum etiã dei penetrare sanctuariũ. Omnes insequitur, propheta attestante, qui ait: A minimo usq; ad maximum, a propheta usq; ad sacerdotem, omnes auaritiæ student, cuncti faciunt dolum. Et cum cætera quæque uitia senescere incipiunt, iuuenescit ipsa, atque utinam apud Christianos hoc tantummodo regnaret uitiũ: esset haud dubie tolerabilius. Sed heu, iam uitia cateruatim incedunt, & per turmas mortalium inuadunt animos, a planta pedis, usq; ad uerticem capitis, non est in nobis sanitas, ubique peccatum regnat, perpetratur iniquitas. Et, quod adhuc damnabilius, facta est hominibus frons meretricia, nesciunt erubescere:

Insuper quasi Sodoma, peccata sua praedicant, letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Quid ergo ultra expectandum est, nisi quod iam prope sit & quasi in ianuis, ultimus ille iudicij dies, horum omnium malorum finem facturus & consumationem. Sane, tametsi de hac re fas non sit, temere quicquam asserere: cum, iuxta dominicam in euangelio assertionem, de die illa & hora nemo sciat, neque angeli in caelo, neque filius, nisi pater, &c. ex quotidianis tamen euentibus, maxime ex humani generis crassiori malignitate, peccandique licentia, diuinare possumus, esse, quod prius diximus, prope & in foribus, ad hoc nempe iam hominum deuenit malignitas, ut maior esse uix possit. Et dominus in euangelio, plurima enumerans signa, quae uentura sunt paulo ante ultimum iudicij diem: Exurgent, inquit, pseudochristi, & pseudoprophetae, & caetera. Et cum uideritis abominationem desolationis stantem, ubi non debet: qui legit intelligat. Et post pauca subiunxit: Cum uideritis haec fieri, scitote, quoniam in proximo est, & in ostijs (ultimum uidelicet iudicij diem insinuans) At nunc, Iesu bone, quanti sunt pseudoreligiosi, qui extrinseca habitus similitudine, religionem & sanctitatem mentiuntur? Quot sunt pseudotheologi, technis quibusdam, atque argutijs, sacrae scripturae syncaeritatem adumbrantes? aut certe turgida, fucataque eloquentia obfuscantes? Quot sunt ma-

gistri

gistri prurientes auribus? quod uani discipuli, a ueritate quidem, synceraque doctrina auditum auertentes, & ad fabulas, uanasque curiositates sese conuertētes? quot denique pseudo Christiani, impia uita rursus crucifigentes Christum, & ostentui habentes? Vt taceam interim de ordine clericali, qui & ipse miserabiliter deflexus est a uera Christianitate, scenoque uitiorum obuolutus, parum a laicali differens uita, nisi quod plærumque copiosior est in flagitijs. Sic nempe propheticum illud impleri iam cernimus: Et erit sicut populus, sic sacerdos. At uero abominationem desolationis (qua nihil aptius, q̃ʒ peccatum intelligi potest: tametsi de Antichristo quoque intelligatur) modo cernimus non iacentem, sed stantem potius: & hoc quidem, ubi non debet, sed nec decet, in ecclesia dei uidelicet, cuius domum (ut scriptura refert) decet sanctitudo. Sed iam, proh scelus, quod ecclesiasticorum pace dixerim, facta est spelunca latronum & uitiorum, Cum igitur, dominus inquit, uideritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est iudicium. Quid, quod apostoli suis etiam diebus rati sunt in proximo futurum esse iudiciū? Ait enim Ioannes in canonica sua: Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia antichristus uenit, nunc antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia nouissima hora est. Sic paulus etiam, Tempus, inquit, breue est, præterit enim figura huius mundi, & cætera. Et iterū de

Iudæis.

Insuper quasi Sodoma, peccata sua praedicant, letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Quid ergo ultra expectandum est, nisi quod iã ppe sit & quasi in ianuis, ultimus ille iudicij dies, horum omnium malorum finem facturus & consumationem. Sane, tametsi de hac re fas non sit, temere quicquam asserere: cum, iuxta dominicam in euangelio assertionem, de die illa & hora nemo sciat, neque angeli in caelo, neque filius, nisi pater, &c. ex quotidianis tamen euentibus, maxime ex humani generis crassiori malignitate, peccandique licentia, diuinare possumus, esse, quod prius diximus, prope & in foribus, ad hoc nempe iam hominum deuenit malignitas, ut maior esse uix possit. Et dominus in euangelio, plurima enumerans signa, quae uentura sunt paulo ante ultimum iudicij diem: Exurgent, inquit, pseudochristi, & pseudoprophetae, & caetera. Et cum uideritis abominationem desolationis stantem, ubi non debet: qui legit intelligat. Et post pauca subiunxit: Cum uideritis haec fieri, scitote, quoniam in proximo est, & in ostijs (ultimum uidelicet iudicij diem insinuans) At nunc, Iesu bone, quanti sunt pseudoreligiosi, qui extrinseca habitus similitudine, religione & sanctitatem mentiuntur? Quot sunt pseudotheologi, technis quibusdam, atque argutijs, sacrae scripturae syncaeritatem adumbrantes? aut certe turgida, fucataque eloquentia obfuscantes? Quot sunt ma-

gistri

gistri prurientes auribus? quod uani discipuli, a ueritate quidem, synceraque doctrina auditum auertentes, & ad fabulas, uanasque curiositates sese conuertẽtes? quot denique pseudo Christiani, impia uita rursus crucifigentes Christum, & ostentui habentes: Vt taceam interim de ordine clericali, qui & ipse miserabiliter deflexus est a uera Christianitate, sœnoque uitiorum obuolutus, parum a laicali differens uita, nisi quod plærumque copiosior est in flagitijs. Sic nempe propheticum illud impleri iam cernimus: Et erit sicut populus, sic sacerdos. At uero abominationem desolationis (qua nihil aptius, q̃ peccatum intelligi potest: tametsi de Antichristo quoque intelligatur) modo cernimus non iacentem, sed stantem potius: & hoc quidem, ubi non debet, sed nec decet, in ecclesia dei uidelicet, cuius domum (ut scriptura refert) decet sanctitudo. Sed iam, proh scelus, quod ecclesiasticorum pace dixerim, facta est spelunca latronum & uitiorum, Cum igitur, dominus inquit, uideritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est iudicium. Quid, quod apostoli suis etiam diebus rati sunt in proximo futurum esse iudiciũ? Ait enim Ioannes in canonica sua: Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia antichristus uenit, nunc antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia nouissima hora est. Sic paulus etiam, Tempus, inquit, breue est, præterit enim figura huius mundi, & cætera. Et iterũ de

Iudæis.

Iudaeis loquens: Haec, inquit, omnia in figura contingebant illis: scripta sunt enim propter nos, in quos fines saeculorum deuenerunt. Sic diuus ille Ciprianus, alijque antiqui patres, in libris suis, se nouissimis fuisse temporibus, saepissime testati sunt. At modo nobis magis consentaneũ uidetur, post tot saecula idipsum nostris temporibus expectare, praesertim alijs atque alijs iam signis inuicem occurrentibus. Haec porro tantisper dixerim, ut uos salubriter terream, paratioresque reddam ad expectandum nouissima. Quod si haec nequaquam nobis tam prope sint expectãda, hoc tamen eo amplius timere debemus, quod grauissima manus domini imminet super nos. Quoniam, ut propheta inquit: Iniquitates nostrae diuiserunt inter nos & deum nostrũ. Vnde nec mirum, si nobis plurimum irascitur, in cuius auribus, peccatorũ nostrorũ horrida uox quotidie clamat, eumque ad ultionem prouocat. Irascuntur quippe & astra ipsa, nobisque propinquum minantur interitum. Dudum sane in quibusdam ephemeridibus, seu diarijs, quod uocãt, cuiusdam Ioannis de monte regio, insignissimi astrologi, de anno salutiferae incarnationis quingentesimo uigesimo quarto supra millesimum, memini me ita legisse, Hoc anno, nec solis nec lunae eclypsim conspicabimur: sed praesenti anno syderum habitudines miratu dignissime accident, in mense enim Februario, uiginti coniunctiones cum minime mediocres tum

magnae

magnae accident, quarum sedecim signum aqueum possidebunt, quae uniuerso fere orbi, climatibus, regnis, prouinciis, statibus, dignitatibus, brutis, beluis marinis, cunctisque terrae nascentibus, indubitatã mutationem, uariationem, ac alterationem significabũt, talem profecto, qualem a pluribus saeculis, ab historiographis, aut natu maioribus, uix percepimus. Leuate igitur uiri christianissimi capita uestra, &c. haec ubi supra. Neque is solũ, insueta prodigia minatur mortalibus. Audiui namque iam nuper ex grauissimorũ uirorum relatu, esse modernos aliquos in ea scientia probatissimos, qui tantam, tamque mirandam ex coelestium corporum influxione augurantur breui euenturam immutationem, ut uix homines diu posse subsistere uerisimiliter credant. Et quid mirum, si tantam nobis creaturae quaelibet minantur iacturam, qui peccatis nostris quotidianis, omnium creatorem tam implacabiliter offendimus? Quid mi? omnium factori & plasmatori, sua obediet plasmatio, ut impleatur quod scriptum est: Pugnabit cum eo orbis terrae contra insensatos. Ad hoc nempe creata sunt, ut suo obediant creatori. Quae enim sunt, a deo ordinata sunt. Atque utinam homines tam fideliter, debitum redderent suo creatori, ac etiam recreatori obsequium. Sed heu cõtra. Iam deus ille optimus maximus, haud infacete illud diui Martini, quod in uita eiusdem legimus, dicere potest: Bestiae atque irrationabiles creatu

rae me audiunt, homines me non audiunt. Durissimum itaque flagellum imminet super miseros filios Adam, ut ex praedictis naturalium influxibus conijci potest: & tamē sic sibi homines uana securitate blandiuntur, ac si nihil curēt de huiusmodi: aut certe nūquam se mori credant. Non, inquit, uidebit nos dn̄s, nec intelliget deus Iacob. Mira stoliditas ac caecitas hominum, qui nullis monitis, nullis priscorum temporum exemplis, edoceri & futura praecauere uolunt. Similes profecto illis, qui in diebus Noe, dū tam stupendam, atque eatenus humanis ingenijs incognitam, nouae illius archae fabricam quotidie contemplarentur, nihil insolitae rei nouitate, sed ne ipsius Noe praedicatione permoti, irriserunt potius, ducentes in bonis dies suos, immo in flagitijs multis, quousque diluuiū superueniens, omnes pariter inuoluit. O miseri filij Adam, qui uiri fortes sunt ad miscēdam ebrietatem, & student calicibus epotandis, qui tenent timpanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt: secundum duritiam eorum & cor impoenitens, thesaurizantes sibi irā in die iustae uindictae dei, nescientes quod bonitas & pacientia dei, ad poenitentiam eos expectat. Ut enim refert scriptura: Quia nō profertur cito contra malos sentētia: absque ullo timore filij hoīm perpetrant mala. Et Leo papa in sermone de epiphania domini. Quoniam, inquit, iudiciū illud, quo

lud, quo unusquisque recipiet prout gessit, siue bonum siue malum, iudicaturi pacientia differtur, impunitatē sibi iniquitatis, impiorū, & infidelium corda promittunt, &c. Mentita quippe est iniquitas eis: & donatū credunt, quod ex dilatione grauiori supplicij pondere in eos retorquebitur. Lento etenim gradu, ut est apud Valerium maximum, ad uindictam sui, diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Sed non curemus, aiunt, has nugas, nec fidem adhibeamus Ephemeridibus, seu pronosticationibus istis. Quis enim nesciat, astra mētiri saepius, & fatuos uana superstitiōe deludere? Bene esto, nihil curentur ista: habemus tamen de hisce minis atque euentibus, testimonium maius, ac terribilius Ephemeride. Poterā fortassis magna referre, ac terribilia de huiusmodi comminationibus, atque ira domini grauissima super nos, quae uel legi, uel audiui de his, qui diuinas habere meruerunt reuelationes. Neque enim faciet dominus uerbum, sicut scriptum est, quod non humilibus seruis suis reuelauerit: sed ad potiora transeo, ac firmiora, ad fidele uidelicet dn̄i testimoniū, qui nobis terribilissime ex euāgelio intonat dicēs: Quoniā impletū est tēpus, & appropinquauit regnū dei, poenitemini, & credite euāgelio, quia nisi poenitētiā egeritis, oēs simul peribitis. Ecce hic testimoniū grauius Ephemeride, imo tā graue, tāque tremēdū, ut oīm merito saxea debeat corda cōcutere, & emolire. quid igr̄ ad haec di

cemus miseri, qui neque agimus poenitētiam, nec cre dimus euangelio. Nam si crederemus euāgelio, ageremus utique poenitentiam, conaremurque dignos proferre poenitentiæ fructus. Nunc autem steriles permanemus, illam adhuc tremulabundi expectantes sententiam comminatoriam, qua dicitur: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, Si enim, ut ait apostolorum princeps, deus peccantibus angelis non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos: quanto magis nobis minime parcet fauillæ, & cineri? Et quidem illi, sola cogitatione peccauerūt: nos uero turpissimis etiam actibus, peccatis peccata addētes, diuinam incessanter in nos cumulatius inferimus iram. O malorum Christianorum generatio praua, atque peruersa, quæ nullis attrahitur beneficijs, nullis minis, seu terroribus commouetur, nihil attendens, quantam ei deus fecerit misericordiam, eligens & faciens sibi populum peculiarem præ omnibus gentibus, qui excisus ex ueteri gentilitatis oleastro, insertus est in bonam christianitatis oliuam, fractisque, abiectis, & reprobatis ramis naturalibus, Iudæis scilicet, factus est particeps pīguedinis ueræ oliuæ, id est, almæ matris ecclesiæ, sponsæ Christi. Habet adhuc Moysen etiā & prophetas, habet & qui ex mortuis resurrexit Christum dominū, in sacris euāgelijs eum multipliciter comminationibus deterrentem,

atque ad

atq; ad sacrae poenitentiae luctum crebrius inuitātem:
habet doctrinam apostolicam, caeterasq; canonicas
scripturas, eum mille modis ad ueritatis uiam reuocan
tes: & hoc praeter sanctorum martyrum & confesso
rum ac sacrarum uirginum, efficacissima sanctitatis
exempla, creberrimaque miracula, haec omnia nihilo-
minus surda pertransiens aure, & ad suae cumulum
damnationis, diuinam contemptui habens gratiam,
Ve igitur genti peccatrici, durae ceruicis, & ad omnia
dei praecepta quasi insensibili. Quia si inter Turcas &
Saracenos, caeterosque paganismi erroribus impli-
catos, factae essent uirtutes, quae factae sunt in te olim
fortassis in cilicio & cinere poenitentiā egissent. Quo
circa remissius erit eis, quod timemus, in die iudicij,
q̄ tibi. Nimirum, uiri Niniuitae exurgent in iudicio
cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia
poenitentiam egerunt in praedicatione Ionae: & ecce
plusq; Iona hic, qui ut supra diximus, ex euāgelio no
bis terribiliter intonat, dicens: Nisi poenitentiam ege
ritis, omnes simul peribitis. Cur ergo adhuc induras-
mus. ut Pharao cor nostrum, poenitentiae tempus, tā
miserabiliter negligentes. Veniet quidem dies, in qua
non erit tempus, sed nec locus poenitentiae, cum uide
licet ad iudicandum ueniens dominus, cuiq; redditu
rus est secundū opera sua: teste etenim scriptura, Ze-
lus & furor non parcet in die uindictae, nec acquie-
scet cuiusque precibus, nec suscipiet pro redemptione

 dona

dona pluria. Vnde pēsandū nobis est, ut diuus Gregorius ait, ante cōspectū tāti iudicis, quātus in illa die terror erit, qñ iam in poena remediū nō erit. Verum adhuc poenitentiae tēpus est: non tardemus ergo conuerti ad dñm, nec nostrā procrastinemus salutē, quia qui poenitentibus ueniā spospondit, peccantibus diē crastinū nō permisit: sed si humiliter cōfiteri uelimus pctā nostra, fidelis est & iustus, qui dimittet nobis delicta nostra, & mūdabit nos ab oī iniquitate, unde desperandū nō est, sed in deo magis firmiter sperādū, & si quidē astra nobis irascant: potens tñ est deus ea cōpescere, seu etiam in melius cōmutare. Neq3 id solū, sed suā etiā sedabit irā, ne inaeternū saeuiat, Cuius ineffabili misericordia fit, qđ nō sumus cōsumpti: dissimulat enim pctā hoīm ꝓpter poenitētiā: ne postea inueniat qđ grauius puniat. Expergiscimini itaq3 uiri christiani, & cōuertimini a uijs uestris pessimis, reuertimini ad dñm, etiā si milies ab eo auersi fueritis, neq3 enī reuertētes abijciet, quia benignus & misericors est, et praestabilis super malitia: nec uult mortē peccatorū, sed magis ut cōuertant̄ & uiuāt. Mutate uitā, & ipse mutabit sentētiā: sic utiq3 ait per ꝓphetā: Si poenitētiā egerit gens ista de pctō, agā & ego poenitentiā super malo quod cogitaui, ut facerē ei. Lauate ergo lacrimis maculas criminis uestri, in timore & tremore uestrā salutē operemini, uenite adoremus, & procidamus, & ploremus corā dño qui fecit nos, praeoccupemus

faciem

faciem eius in cõfessione, redimentes tẽpus, quoniam dies mali sunt: abiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, pro pctĩs nostris grauissimis iugiter dolẽtes, gementes intra nosmetipsos, & uerã poenitẽtiã agentes. Haec nãq; est uia, quae ducit ad uitã: haec sancta est post naufragiũ tabula, per quã peccatores saluant, & deus ad misericordiã inclinat. Erigite ad illũ corda uestra: spes uestra nõ sit de saeculo, nõ ametis saeculũ: nã mundus trãsit, & concupiscẽtia eius, frustraque illud appetit̃, qd' diu teneri nõ potest, immo iuxta diuũ Gregoriũ, cõtemnendus esset mundus iste, si cuncta prospera haberet: at nũc magis, cũ tot aduersitatibus pulsat, tot calamitates ingeminat. Quid aliud, q̃ ut contemnat̃, clamat? Propterea (ut eius uos paucis iã alloquar uerbis) Nolite possidere per desyderium, quae adhuc per usum minime reliquistis: spẽ in solo redemptore figite, ad aeternã patriam mente transite. Sic nempe fiet, ut securi de hoc saeculo migrare ualeatis. Caeterum ut ualidius, atq; efficacius nosse possitis, quae prorsus cõtemnenda sunt, quae uere appetenda, exhibui uestrae charitati hunc, qui sequitur, diui patris Augustini, sanctissimũ ac deuotissimũ sermonem, in quo uelut in serenissimo speculo, facile cernere potestis, quid paruipendere, quid concupiscere debeatis. Bene ualete, & ut inaeternum bene ualeatis, satagite. Anno salutis XXI. post millesimum quingentesimum.

Sequitur

SEQVITVR DIVI AVGVSTINI de cõtemptu mundi, & appetitu cælestium, sermo deuotissimus.

DOMINVS noster Iesus Christus, & uenit ad homines, & abcessit ab hominibus, & uenturus est ad homines: & tamen hic erat, quãdo uenit, nec recessit, quando abcessit: & ad eos uẽturus est, quibus dixit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad cõsumationem sæculi. Secundum ergo formam serui, quam suscepit pro nobis, quodam tempore natus & occisus est, & resurrexit: & iam nõ moritur, nec mors illi ultra dominabitur. Secundum diuinitatem autem, qua æqualis est patri, in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Audistis modo euangelium, quod monuerit nos, cautos nos faciens, & uolens esse expeditos, & paratos ad expectandum nouissima quæ sunt in hoc sæculo metuenda, succedet requies, quæ non habet finem: beati qui participes facti sunt. Erunt autem tunc securi, qui modo non sunt securi, & æternum tunc timebunt, qui modo timere nolunt. Ad hanc ergo expectationem, & propter hanc spem, Christiani facti suimus: spes nostra nõ sit de sæculo, non amemus sæculum, ab amore sæculi huius uocati sumus, ut aliud sæculum speremus & diligamus. In hoc abstinere nos debemus ab omnibus illicitis con-

citis con-

citis concupiscentijs, hoc est, lumbos accinctos habe-
re, & feruere & lucere in operibus bonis, hoc est, lu-
cernas ardentes in manibus habere. Dixit enim ipse
dominus discipulis suis alio loco euangelij. Nemo ac
cendit lucernam, & ponit eam sub modio: sed super
candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.
& ut ostenderet unde dicebat, subiecit & ait: Sic luce
at lux uestra coram hominibus, ut uideant bona fa-
cta uestra, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis
est. Ideo lumbos uestros accinctos esse uoluit, & lu-
cernas ardentes. Quid est lumbos accinctos habere?
declina a malo. Quid est lucernas ardentes habere?
hoc est & fac bonum. quid est quod adiunxit, & ait:
Et uos similes estote hominibus expectantibus do-
minum suum, quãdo reuertatur a nuptijs: nisi qd' in
illo psalmo sequitur: Inquire pacem & sequere eam?
haec tria, hoc est, abstinentia a malo, & operatio boni,
& spes praemij aeterni, commemorata sunt in Acti-
bus apostolorum, ubi scriptum est: Quia docebat
eos Paulus de continẽtia & iustitia, & spe uitae aeter
nae, ad continentiam pertinet: Sint lumbi uestri accin
cti: ad iustitiam pertinet, & lucernae ardentes: ad expe
ctationem domini pertinet: spes uitae aeternae. Ergo
declina a malo: haec est continentia, hi sunt lumbi accin
cti: & fac bonum, hoc est iustitia, hae sunt lucernae ar-
dentes. Quere pacem, & persequere eam: haec expe-
ctatio futuri saeculi. Ergo similes estote hominibus,

C expectan-

expectantibus dñm suũ, qñ reuertatur a nuptijs, habentes ista praecepta & promissa. Quid quaerimus in terra dies bonos, ubi eos inuenire non possumus? Scio enim quia eos quaeritis, qñ aut aegrotatis, aut in tribulationibus estis, quae abundant in hoc saeculo, quoniã qñ aetas uergit ad finẽ: senex plenus est querelis, & nullis gaudijs, inter omnes tribulationes, quibus conteritur gens humanũ, nõ quaerũt hoĩes, nisi dies bonos, & uitam longã, quã hic habere non possumus. quoniã ipsa uita hominis, tanta breuitate cõstringitur ad uniuersi saeculi illius latitudinem, quasi una gutta ad uniuersum mare comparetur. Quid ergo est uita hominis, etiam illa quae longa dicitur: longam uitam dicunt, quae in saeculo isto breuis est, & sicut dixi, abundant gemitibus usq; ad decrepitam senectutem. Hoc totum modicũ & breue est, & tamẽ quomodo quaeritur ab hominibus, quanta diligentia, quanto labore, quanta cura, quanta uigilãtia, quãto opere, quaerunt homines, ut diu hic uiuant, & senescãt? Ipsum autem diu uiuere, quid est aliud, nisi ad finẽ currere? Habuisti hesternum diẽ, habere uis & crastinũ diẽ: & cũ dies iste transierit & crastinus, minus illos habes. Ideo optas ut luceścat dies, ut propinquet tibi, qđ nõ uis uenire, exhibes aliquam solennitatem amicis tuis, audis ibi a bene optantibus, dicitur tibi: multos ãnos uiuas, eueniat qđ illi dixerũt. quid, ut ueniant anni & anni, non uis ut ueniat ãnorũ finis? Studia tua

dia tua cõtraria sunt? Ambulare uis, & peruenire nõ uis. Veruntamẽ, ut dixi, si tanta cura inest hoībus, ut quotidianis magnis perpetuisq; laboribus cupiãt, ut tardius moriant: quãta cura agendũ est, ut nunq; moriant. Inde nẽo uult cogitare. quotidie quaerũt in isto saeculo dies boni, ubi nõ inueniũt: & nẽo uult sic uiuere, ut illuc perueniat, ubi inueniunt. Ideo admonet nos scriptura & dicit: Quis est homo, qui uult uitam & diligit dies uidere bonos. Sic interrogauit scriptura, ac si sciret, quid illi responderet, sciẽs qd' oẽs hoĩes uitam quaererent & dies bonos. Pro desyderio ipsorũ interrogauit: tanq; sibi de omni corde respõderet: ego uolo, Sic dixit: Quis est homo, qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos, omnes respondistis in corde uestro: ego. Nã & ego qui uobiscum loquor, uitam uolo & dies bonos. Quod quaeritis uos, hoc quaero & ego. Quõ si aurũ nobis oĩbus eẽt necessariũ, & ego ad aurũ una uobiscũ peruenire uolẽs, & esset alicubi in agro uestro in loco uestrae potestati subdito, & uiderẽ uos quaerentes aurũ, & dicerem uobis: quid quaeritis: responderetis: aurũ, & ego uobis dicerẽ, aurũ quaeritis, & ego aurũ quaero, qd' quaeritis & ego quaero. sed nõ ibi quaeritis, ubi possumus inuenire: ergo audite me, ubi possumus inuenire, uobisq; nõ tollo locũ, sed demõstro, imo sequamur eũ oẽs, qui nouit id qd' quaerimus. sic & nunc quia desideratis dies bõos, nõ possumus uobis dicere: nolite

C ij desidera

desyderare uitam,& dies bonos. Sed illud dicimus: Nolite hic querere in hoc sæculo, uitã,& dies bonos. ubi boni esse non possunt, nõne uita ista morti similis est? dies autem ipsi properantes transeunt, quia hodiernus dies hesternum excludit: crastinus ideo nascitur, ut excludat hodiernũ. Ipsi dies non stant, tu quare cum illis uis stare? Desyderium ergo uestrũ, quod uitam uultis & dies bonos, non solum non reprimo sed etiam uehementius accendo. Prorsus querite uitam, querite dies bonos: sed ubi possunt inueniri, ibi quærantur. Vultis enim audire mecũ consilium eius, qui nouit ubi sunt dies boni, & ubi sit uita? Audite non a me, sed mecum simul: ait enim nobis quidam: Venite filij audite me, concurramus, & stemus, & aures erigamus, & corde intelligamus patrem, qui ait: Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. Et quam rem uult docere, aut cui rei utilis est timor domini? sequitur: Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos, respõdemus omnes: Nos uolumus. quod sequitur, audiamus: Cohibe linguã tuam a malo, & labia tua ne loquãtur dolum: modo dic, ego. Iamdudum quando dicebam: Quis est homo qui uult uitam, & diligit uidere dies bonos, oẽs respondebamus: ego, heia, respondeat mihi aliquis: ego: ergo cohibe linguam tuam a malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Dic modo, ego: dies bonos & uitam uis, cohibere linguam tuam a malo, non uis: & labia

labia tua ne loquantur dolum : ad mercedem alacer ad opus piger:& cui non operanti, redditur merces? utinam in domo tua, uel operãti, mercedem reddas, Nam scio, quia non operãti, non reddis. quare? quia nihil operanti, nihil debes. Ecce deus posuit mercedẽ, quam mercedem? uitã & dies bonos, quos omnes desyderamus, ad quos dies omnes conamur uenire, Promissam mercedem daturus est. quam mercedẽ? uitam & dies bonos. Et qui sunt dies boni? uita sine fine, requies sine labore. Magnam mercedem proposuit, in tãta mercede proposita, uideamus quid iussit: Iã enim mercede tantæ pollicitationis, & amore mercedis accensi, paremus iussioni eius uires nostras, latera, lacertos. quasi iussurus est onera grandia nos portare, forte aliquid fodere, forte aliquam machinam erigere. non iussit tibi rem laboriosam : sed membrum, quod inter omnia mẽbra cito moues, ipsum tibi frenare præcepit, dicens : Cohibe liguam tuam a malo: non est labor erigere fabricam, sed labor est tenere linguam. Cohibe linguam tuam a malo: noli loqui mẽdacium, noli loqui criminationes, noli loqui calumnias, noli loqui falsa testimonia, noli loqui blasphemias, cohibe linguam tuam a malo. Vide quomodo irasceris, si quis de te male loquatur : quomodo irasceris alteri, quando de te male loquit̃: sic irascere tibi, quando de altero male loqueris. Labia tua non loquantur dolum. quod est intus in corde, hoc dicatur foras. nõ